

V N I O  
DIVINÆ ET HVMANÆ  
D O M V S

Auctore

IOANNE GVALTHERO DEL-BRVGGEN

*Inclitarum Vrbium Hanseaticarum Sacri Romanij Imperij Residente ac Mandatario Generali in Aulâ & Regnis Hispaniarum.*

*Bibliothecæ Collegij Regalis Societatis Jesu.*



A N T V E R P I A E,

Apud IACOBVM MEVRSIVM.

Anno M. DC. LXIX.

SERENISSIMO POTENTISSIMO A  
INVICTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
**LEOPOLDO I**

ROMANORVM IMPERATORI  
SEMPER AVGVSTO.

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ,  
Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniae Regi,  
Archiduci Austriæ,  
Duci Burgundiæ, Stiria, Carinthia,  
Carniolæ, Lucemburgi, Wirtenburgæ,  
Superioris & Inferioris Silexiæ,  
Principi Sueviæ,  
Marcgrauio Burgoviæ, Moraviæ, Lusatia,  
Comiti Habspurgi, Tirolis, Ferretis,  
Kyburgi, Goritiæ,  
Lantgrauio Alsatiæ, Domino Marchiæ,  
Portus Naonis & Salinarum &c.  
Domino meo Clementissimo.




# C E N S V R A

Adm. Reu. Patris Ioannis Hetzer Germani,  
Societatis IESV Theologi, & Confessarij  
Excellentissimi Legati Cæsarei.

**D**OCTISSIMUM Tractatum, de Principalium matrimoniorum commodis & incommodis, à perillustri auctore sapientissimo studio elucubratum, accuratissima ego applicatione legi relegique totum; neque aliquid in eo reperio, quod aut orthodoxæ nostræ fidei aut optimis moribus contrarietur. Quin potius iudico huius elegantissimi Tractatus eruditioiem verissimum esse pastum ingenij: ex quâ propter terfissimi Styli nitorem, propter materiæ nouæ raritatem, famosissimis exemplis illustratam, ac summa delectabilitate variam, laudatissimeq; dispositam; oblectamenta & montata haurientur solida & perpetua; que alia ex alijs nascentia & se renouantia, nunquam quemcunque etiam lectorem deserent nec lassabunt. Ut proinde nobilissimo perillustri authoris ingenio stet sine morte decus, cuius laudatissimum nomen vel hinc etiam nunquam ab euo excidet; censeo præsentem ingeniosissimum Tractatum non duntaxat imere meritissimo mereri lucem publicam, verum etiam quidquid ex eo typis mandatum fuerit id commendari omnium eruditorum lectioni debere. Ita sentio Matriti. X. Augusti.  
M. DG. LXVIII.

Ioannes Hetzer è Societate Iesu.



ANTVERPIÆ, APVD IACOBVM MEVRSIVM ANNO MDC.LXIX.  
A. Quellinus del.

A. Collen sc.

V N I O  
D I V I N Æ E T H V M A N Æ  
D O M V S.



Aius Julius Cæsar, occupatâ quondam Republicâ Românâ, vt partæ inuidiam dominationis leniret, specioſo ab armis ad togam transitu, pri-  
mus consilium cepit, quo pacto ius ciuile ex diffusâ legum copiâ posset ad modum redigi. Iustiniani prouidentiâ illuſtrior, quæ salutarem consilio effectum iunxit: animaduertens quippe optimus Princeps, nullum amplius æuo suo finem æqui & iuris superesse, sed vt flagitijs, ita legibus passim in orbe laborari; summâ industriâ superfluas, adnitente in primis Theodorâ Augustâ, tanquam venenata forensis hydræ capita præscidit. Cætera autem inter iuris monumenta, quæ ad posteros transmisit, extat nobilissi-

A

mum